



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. II. Quænam sub interdicto generaliter promulgato comprehendantur, vel non?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

§. II.

*Quanam sub interdicto generaliter promulgato comprehendantur, vel non?*

nale, locale est cum immediate ipse locus interdicto supponitur, ne functiones sacre tempore interdicti prohibita in illo fiant: Personale interdictum est, quo immediate ipsis personis prohibetur ne hæc talia agant, & functiones sacras, per interdictum prohibitas, nec hic, nec alibi exercent. Utrumque subdividi potest primò in generale, & speciale: generale est, quo interdicitur locus generalis, plura alia loca complectens, uti est Regnum v.g. Provincia, Civitas &c. Speciale est, quo locus unus particularis, una v.g. certa Ecclesia, aut persona certa particularis interdicitur, ita, ut quando interdictum generale in Civitatem ponitur, neque inter Civitatem, neque in ipsis suburbiis liceat divina celebrare (ne vilipendatur interdictum) licet in alijs Civitatis ejusdem Ecclesijs, si una tantum particularis interdicta sit, divina celebrari possint; & quando interdictum generale in totam communitatem, prout fieri potest, fertur, innocentes etiam sub illo interdicto per accidens pati debeant, quatenus sunt pars, interdictæ communitatis &c. ne scilicet nervus Ecclesiasticæ disciplinæ facile dissolvatur. Secundò subdividi utrumque potest, in totale, quod omnes effectus interdicti habet, & in partiale, quod non omnes effectus interdicti habet, sed certum tantum aliquem, privationem v. g. divinorum, vel privationem sepulturæ sacre &c.

☞ ( 050 )

**I**Ncap. si sententia 16. h. t. in 6. statuitur, ut si sententia alicujus interdicti in Clerum alicujus Ecclesie proferatur, non intelligatur interdictus populus, nec è converso, interdicto populo, Clerus interdictus censetur ( nisi illud in ea sententia sit expressum ) quia appellatione populi, non veniunt Clerici, cum laici & clerici sint genera duo hominum diversæ professionis, ita ut ab uno ad alterum in odiosis non debeat fieri extensio: sicuti nec sub Clericorum, nec sub populi nomine, si hi interdicantur, religiosi veniunt, nisi aliunde colligatur aliud.

§. III.

*Quanam observanda sint circa administrationem, & susceptionem Sacramentorum, qua interdicti tempore est prohibita?*

**I**Ncap. alma mater 24. h. t. in 6. ad præcavenda multa pericula, & incommoda, quæ facile oriuntur, si nulla Sacramenta administrari, aut nulla divina officia celebrari possent interdicti tempore, statuit Bonifacius VIII. Pontifex. Primò ut interdicti tempore, omnes ad Sacramentum penitentiae admittantur (ob pronitatem scilicet peccantium, & ad plures lapsus præcavendos) nisi sint excommunicati, vel per suam malitiam interdicti causam, aut cooperando

000 00 3

rando